



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. Praxis æqualitatis sercandæ in commutatione votorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

commutetur commutare in minus, quod non posse, sed a se diximus.

13. Affirmat Henriquez, lib. 5. de pœu. cap. 20. n. 5. & de indul. c. 30. n. 5. Manuël. tom. 3. summa. c. 100. n. 4. de iust. apud Sanch. l. c. n. 19. quia si materia sit equalis, non potest Deo non esse equaliter

et videtur equali, non potest Deo non esse equaliter et videtur equali, non potest Deo non esse equaliter

14. Viraque sententia est probabilis: mihi autem probabilior apparet affirmativa: nam etiam homini per probabilior apparet affirmativa: nam etiam homini per probabilior apparet affirmativa: nam etiam homini per

15. Vnum tamen per diligerent adverte, non tibi tibi videri equaliter voto subrogandam; quod non videri equaliter voto subrogandam; quod non videri equaliter voto subrogandam; quod non

16. Recte denique notant Doctores, ne fallamur in commutando materiam equaliter voto, semper consulendum esse, ut aliquantulum plus subrogatur: non solum quando propria autoritate commutatur votum; verum etiam quando id ex jurisdictione Superioris, nolum admodum volentis dispensationem exhibetur. Nihilominus pro Superioribus, & privilegiatis, adeit aliqua major benevolentia, quam mox leges n. 20.

§. VI. Praxis aequalitatis servanda in commutatione votorum.

17. Non modo vota non reservata: verum etiam reservata, deficientia in aliquo, ut conditionalia; penalia; & similia supra §. 4. n. 32. dicta. Item omnia vota facta in favorem tertij, sed nondum accepta, commutari in equaliter a predictis Episcopis, Religiosis, electis ex Bulla vel libello Confessatis, possunt Ita DD. c. lit. B. adde Ludov. à Cruce de Bull. Cruc. d. 1. c. 6. d. ult.

De commutatione voti iura dixi, cum de commutatione per parantem: lege etiam Ludovicum à Cruce in explicatione Bullæ Cruc. d. 1. c. 6. d. 5.

Quæ vota?

18. In nostra sententia (quidquid sit in alia) in qua potest quis propria autoritate voti sibi commutare inveniunt equaliter, causam satis leviem requiro. Ita Henricus alii quos citat, & sequitur Ludov. à Cruce in expositione Bullæ Cruc. d. 1. c. 6. d. 4. n. 4. Ratio est: quia ipsi opus subrogandum esse Deo æque gratum, valde sufficiens est. Adde remanere idem vinculum, licet translatum in re subrogata. Quare solum levis aliqua causa tunc requiritur, ne imprudenter motes propositum: sufficere autem pro causa; quod illarum votum per materiam à te subrogandam implebitur, cum certum est, propter rationem n. seq. afferendam.

19. Dices: ergo pari modo; quando votum: sive per Episcopum, sive per Bullam, &c. commutatur in equaliter, levis sufficit causa. Respondeo, ita profecto; nam propterea sufficiens esse causam, putant Doctores apud Sanch. l. c. 30. n. 13, si commutationem quis petat,

sperans alacrius rem subrogatam executurus; id enim benignitatem Dei commendat, allicique fideles ad promptius votendum.

20. Dicitur est (inevidenter æquale) nam apponendum, & discrimen inter potestatem, quam habet hac in re superior, sive Ordinarius, sive delegatus, ab ea, quæ diximus, ipsiusmet privati uti posse: Superior enim, vel electus per privilegium potest commutare in aliquantulum minus; at vero ipse privatus invidenter æquale, sed certe moraliter, hoc est, prudenti iudicio æquale, quis enim actionibus possit, quænam sint æqualia, vel inæqualia metaphisicè deliberare? Ratio discriminis est, quia si privatus posset (ut certe ex nostra sententia potest) commutare votum in æquale, & Superior, vel per Bullam electus non posset in aliquantulum minus, ad nihil inferiret Superioris jurisdictio, posset enim superior solum id, quod ex se jam habet ipse privatus vovens: Vt sit igitur proficua jurisdictio, & ut vovente eleventur non nihil à Superiore, & à privilegiis dictis poterunt ab his in aliquantulum minus eorum vota commutari. Vide quæ dixi c. 7. §. 4. n. 8.

1. Oportum est suo momento expendere æqualitatem, vel quasi æqualitatem, quæ inter materiam voto promissam, & subrogandam intercedere in commutatione debet: nam propterea, ut supra §. 5. n. 16 innui, consilium præbent Doctores, ut ad securitatem conscientie semper ea fiat in aliquantulum saltem majus. Regula autem hujus rei certio dari nequit, quam prudens arbitrium Confessarij, qui omnibus circumstantiis expensis, æqualitatem, vel quasi in Domino constituat. Has autem ut expendas, hæc, quæ fusc habes apud Doctores breviter sic habe.

2. Primò, materie voti gravitas est ex se præscindendo à vinculo, voti consideranda: sic Sanch. lib. 4. in dec. cap. 56. Ratio est, quia in commutatione vinculum voti remanet, & solum transfertur in opus subrogatum: quare, cum non sit illud relaxandum, non erit opus hic illud in lancem inducere. Non sic in dispensatione, in qua vinculum voti omnino tollitur.

3. Secundò, non est spectanda sola excellentia virtutis, quam habet materia subroganda, ita ut melior sit commutatio, quæ fiat in excellentiorem virtutis actum; sed est melius ipsi voventi hic, & nunc quod seu pro tempore, loco, dispositione ipsius.

Si flagellationem, v.g. ad domandam carnem vovisti, melius erit, si illud commutes in jejunia, quam in Orationes: quia jejunium magis, quam oratio, licet hæc sit excellentior actus, ad carnis mortificationem conducit. Ideo in frequentiam Sacramentorum omnia vota commutatur regulariter consilium esto; quia Sacramenta ad bonum voventis melius, quam opera cætera, sunt utilia.

4. Tertiò, expendere item difficultatem implendi rem promissam, rem subrogandam; & in Peregrinatione pericula, laborem, expensæque proprias pro itinere, & redeundo faciendas; quæ quidem expensæ ex probabiliore sententia cadunt intra votum peregrinandi, nisi expressè excluseris, vel nisi mendicando ire promiseris.

Quartò, commutatio, licet convenientissimum sit, non tamen est necesse, ut fiat in favorem ejus Sancti, vel Ecclesiæ, cui factum est votum, quia supponimus promissionem ab ea Ecclesia nondum acceptatam legitime fuisse.

5. Quintò, non est opus, ut votum personale commutetur in actionem personalem, vel reale in realem, neque ut actio subroganda sit æqualis in duratione, vel numero, vel ut certo die fiat; possunt enim hæc aliunde compensari.

6. Sextò, quando dilatio nihil minus de voto, nec multum interest implere votum die destinata, modica commutatio

Commutatione suppleri potest. Sic Lud. à Cruce. d. 1. c. 7. d. 7. n. 3. Certè ego potènti commutari jejuniū hujus diei in alium, præscindendo ab aliqua peculiari Circumstantia, facile concederem sine alio suppleto: quia tunc dilatoriū, aut nihil demit de obsequio Dei.

7. Sed occurrit difficultas circa votum conditionale pœnale. Diximus in commutatione votorum expendendam esse gravitatem materiæ voti, ut illi commutatione subrogetur opus æquale: cum ergo in voto conditionali pœnali adfit duplex materia, utraque est expendenda? Petrus, v. g. vovet non ludere, quod si ludat voverit dare quandam elemosynam, adest hic materia voti ipsa elemosyna, adest ipsa negatio ludæ, quæ per votum istud intenditur, in commutatione ergo bonitas non ludendi sola, an etiam bonitas elemosynæ expendenda est?

8. Affero cum Sanch. *ibid.* d. n. 30. si commutatio fiat, & facienda sit postimpletam conditionem, hoc est, post ludum, utriusque, nimirum bonitatis non ludendi, & bonitatis elemosynæ, rationem habendam esse. Ratio est, quia ex una parte, non ludere, fuit res per votum directè promissa; ex alia verò parte, ipsa elemosyna, purificata conditione hoc est, post ludum, transit in rem absolutè promissam.

9. Si verò petatur ante completam conditionem, variant Doctores. Nonnulli negant esse etiam expendendam pœnam; id est, in casu dicto elemosynam, quia illa nondum est promissa, cum nondum purificata sit conditio. Verum, dico primò, esse expendendam non ratione sui sed ratione bonitatis directè promissæ: explicet, probo. Votum non ludendi est gravius, si referatur ad pœnam illam dandi elemosynam; quam si ad talem pœnam non referatur: gravius est enim sic promittere. Vovet non ludere, quod, si lusero, voveo elemosynam, quam solum sic: Vovet non ludere; ergo non est mirum, esse expendendam illam pœnam, ut videatur gravitas totius voti. Fateor tamen ejusmodi pœnam, scilicet in casu dicto, elemosynam non esse accipiendam hic secundum totam suam nobilitatem, seu gravitatem: ratio est, quia, cum nondum sit incurta, sed à voluntate voventis, quoad futurum eventum adhuc pendeat, multum sine dubio à sua gravitate deficit.

10. Denique subjiciam hic aliquas commutationes approbatas à Doctoribus, apud Sanchez *lib. 4. in dec. 56. d. n. 39.* & Lud. à Cruce *mo.* cit. ut nimirum facilius, ad harum exempla, praxim commutationum deducere valeat, qui legit.

Aliquæ peculiare Commutationes.

11. Votum Hierosolymitanum cuiusdam pueri commutatur à Pontifice c. *Venientis de voto.* elemosynis, & ut uni pauperi toto vitæ suæ tempore vovens provideat.

12. Votum simile cuiusdam Episcopi commutatur, *cap. Magna, eodem*, ut expensas cundi, redeundi, ibique commorandi integrè in subsidium Terræ sanctæ mittat, laborumque itineris compenset, sollicitius instando Vigilis, Orationibus, jejuniis.

13. Peregrinationem pedestrem Viri docti apud Sanchez *lib. 4. in Dec. c. 46. n. 40.* commutant in æqualem laborem, id est, præter expensas piè distribuendas, labor tot dierum tolerandus in itinere compensetur cum jejuniis totidem dierum: at non pedestrem commutatur ita, ut labor quatuor, vel etiam quinque dierum compensetur cum jejuniis unius diei. Ludovicus à Cruce de *Bull. Cruce. d. 1. c. 7. d. 3. n. 2.* sic commutat ejusdem peregrinationis votum: Si equestris quis peregrinatur per votum sit, est faciendæ sumptuum comparatio, & hi Monasterio pauperi, vel orphanæ maritandæ, vel alteri pio operi dentur. Pro labore autem itineris, toto tempore, quo duratura erat peregrinatio, singulis mensibus confiteatur, & communicet; singulis ejusdem temporis hebdomadis semel jejundet, ac ter in hebdomada Rosarium recitet: & ad majorem securitatem sex sacrificia

celebrari curet: Si pedester erat peregrinatur, ultra expensas modo dictas erogandas, pro labore fateatur, communicetque decimoquoque quoque die, toto tempore quo duratura fuisse censetur peregrinatio: semel in hebdomada ejusdem duratur tempore jejundet: unum, vel alterum Rosarium recitet; elemosynam quamplurimam juxta sui status possibilitatem eroget, ac sex sacrificia celebrari curet.

14. Si quis potestatem habet commutandi votum Religionis Dominicane, in qua quotidie recitatur Officium, jejunatur in septem mensibus anni, abstinendumque semper à carnibus, commutare hæc posset, ex Sayro in *clau. reg. lib. 6. c. 12. num. 21.* in jejuniū Feriæ sextæ pro tota vita item elemosynam suis facultatibus congruentem, qui perit commutationem largiatur; quotidie septem Psalmos recitet; & decimo quoque quinto die peccata fateatur. Addit Medinal *l. 1. sum. c. 14. §. 7. in tract. de commutat. reg. 3.* ut etiam dicto decimo quinto quoque die communicet.

Non placet Ludovico à Cruce de *Bulla Cruce. d. 1. c. 7. d. 4. num. 2.* sicut nec Sanch. *ibid.* n. 43. hæc commutatio, videtur enim esse in minus, cum onera Religionis sint his multo majora; quare tandem concludit, ut intermiscetur dispensatio.

15. Votum absolutum tum Castitatis, tum Religionis nunciam, posse propriè commutari: quia omne opus est minus, quam Castitas, & Religio, notam Sanchez *l. c. n. 41.* alique *ibid.* cit. (quod tamen mihi difficile dictum videtur) unde semper admittendam esse dispensationem. Absolutum dixi: nam conditionatum, vel pœnale, cum à votis absolutum aliquantum deficiat, unde minorem exigant compensationem, commutari in æquale, vel quasi æquale sine dubio possent; Sic Sanchez *n. 41. sine 2.º* neget Ludov. à Cruce *ibid.* n. 41.

16. Votum allumendi Religionem certam non bene commutatur in aliam laxiorem, vel in aliam magis observantem: sic Suar. *l. 3. de Rel. l. 4. c. 9. n. 2.* unde vel intermiscetur dispensatio, vel alia opera addantur. Ratio est manifesta, quia laxior est minus bonum, minusque Deo grata, quam strictior.

17. Votum non inveniendi matrimonium commutant aliqui docti in Confessionem mensibus singulis biennio, ac tricenario faciendam, & in novem sacra: sic Sanchez *ibid.* n. 42. Sed Ludovicus à Cruce de *Bull. Cruce. l. c. d. 5.* qui meritò hæc minora videntur, addit injungendum esse aliquod pium opus in perpetuum, sicuti perpetuum est votum: quod tamen necessarium non esse, nos notavimus *supra* n. 5.

18. Tunc Sacerdotij Votum commutant aliqui apud Sanchez *ibid.* n. 43. in recitationem quotidianam septem Psalmorum Pœnitentialium cum Litanis; vel in quotidianam recitationem Officii Beatissimæ Virginis, vel Calculorum Virgineorum, & in Confessionem, & Communionem decimoquoque quoque die, & ut cures celebrari sacrum singulis mensibus, utque insuper voveas castitatem; Quod si castitatem vovere refugas, hujus loco jejunes omnibus sextis Feriis.

19. Sed certè hæc commutatio valde minor videtur, quare vel aliud addatur, vel intermiscetur dispensatio.

20. Votum semper singulis, v.g. Sabbatis jejunandi potest commutari in Confessionem, & Communionem decimoquoque quoque die per annum integrum, & in tria sacra celebranda, vel in recitationem Calculorum Virgineorum, & in elemosynam modicam Sabbatis perpetuò faciendam. Ita nonnulli apud Sanchez. mox cit. Aliis id parum videtur. Ita Ludov. à Cruce *l. c. d. 7. n. 3.* fateturque Sanchez *n. 44.* nam ideo ita commutant, ut vovens perpetuò Rosarium Beatæ Virginis genuflexus recitet in hebdomada, vel elemosynam aliquam distribuat semel item in hebdomada, addit Coronam Christi Domini sexis genibus recitanda.

21. Votum recitandi singulis Feriis sextis perpetuò septem Psalmos, legitime commutabitur in modò dictis;

vel ut eadem Feria sexta, seu alio die semel in hebdomada jejunetur. Ita Ludov. à Cruce. *ibid.*
 22. Jejunium in pane, & aqua rectè commutabitur in recitationem integri Rosarii genibus flexis, addita oratione corporis: vel in elemosynas competentes, vel melius in confessionem, & communionem. Ita Bardi in exp. Bull. Cruc. p. 2. r. 73.
 23. Elemosyna commutetur in servitium in Hospitalibus, quot judicantur sufficientes ad compensandam quantitatem Elemosynæ promissæ. Ita idem *ibid.*
 24. Confessio, & Communio in actum contritionis, vel amoris Dei, & jejunium, addita recitatione Rosarii, vel Coronæ Virginis. Ita idem *ibid.*
 25. Celebratio Missæ in Communionem, in recitationem Officii, vel coronæ Virginis; vel in elemosynas, vel in jejunium. Ita idem *ibid.*

VII. An facta commutatione, vel etiam dispensatione, liceat redire ad prius votum?

Facta per legitimam jurisdictionem commutatione, contingit prius votum. Ita Sanchez. l. 4. c. 5. n. 42. quia commutatio est translatio in novam materiam, & prius extinctio. Hinc, si subrogata materiam sit inutilis, vel impossibilis etiam culpa ipsius votantis, (qui subrogatam eandem materiam omiserit cum peccato, juxta Ludov. à Cruce de Bull. Cruce, d. 2. c. 6. dub. 16. n. 12.) non obligatur votens ad redeundum ad prius votum. Ita Sayr. Sanc. Suar. Laym. apud Casti. d. 2. de voto, p. 2. n. 2. Commutatur, v. g. oratio S. Ignatii promissa, in jejunium ejus vigiliæ: si in vigilia propter infirmitatem jejunare tibi non datur, vel cum peccato non jejunasti, ad orationem non teneris, quia votum de oratione jam extinctum per commutationem fuit. Idque locum etiam sortitur in commutatione votum sæculi, quæ sit vi professionis Religionis. Sic Casti. *ibid.* num. 3. (quod negent Vivald. in Cam. del. 3. p. c. 24. n. 28. Graff. p. 1. de off. lib. 2. c. 3. n. 3.) quare, si in sæculum sine culpa, et dispensatione pontificis redeas, ad vota sæculi non teneris cum culpa, vide *supra*, c. 2. §. 3. n. 5.

2. Si dispensetur, vel commutetur ad tempus votum per subrogationem alicujus operis, teneris (si finito tempore, votumque iterum redeunte) ad illud opus subrogatum; v. g. dispensat Pontifex tuum votum Castitatis ad effectum nubendi, subrogatque jejunium singulæ hebdomadæ, si moratur uxor, adeoque ad votum castitatis redeas, obligaris ne prosequi jejunia, posito, quod in Brevis commutationis Pontifex neque dixit, neque negavit jejunia debere esse perpetua.

3. Respondet Sanchez. lib. 4. in dec. c. 55. n. 21. quævis in commutatione aliorum votorum te non obligat ad dictam perpetuitatem; te tamen obligat in commutatione prædicti voti castitatis: quia tenor Brevis Pontificij videtur eam requirere. Sed certè probabile est cum Castro Pal. de voto, cap. 18. num. 6. te non obligari, quia cum redeat prioris voti obligatio, longè est à benignitate Ecclesiæ, ut remaneant opera subrogata, gravaretur enim duplici onere votens, altero voti, altero operis subrogati. Facta commutatione à Pontifice, v. g. jejunium, ad effectum matrimonij ineundi: an obligatio jejunandi incipiat, antequam ineatur matrimonium; vide quod Sanchez. lib. 4. in Dec. c. 51. n. 21.

Verum, an Pontifex pro semper tibi dispenset in voto, v. g. Castitatis, dum nullam aliam strictiorem clausulam apponens, dicit (*pro hac vice*) & sic intelligatur, pro hoc voto, atque adeo absolute, vel mortua una uxor, possis aliam ducere? Vide apud eandem Sanchez. lib. 8. de matr. d. 31. Basilium Pontium lib. 8. matr. cap. 20. Summam Dianæ v. Dispensatio. n. 13. id tanquam probabile judicantem.

4. His præmissis, venio ad difficultatem in titulo præpositam, an scilicet impetrata dispensatione, vel commutatione voti à Superiore, liceat votenti negligere

materiam subrogatam, & sequè subjicere iterum prior voto? Dico cum Laym. lib. 4. r. 4. cap. 8. n. 27. Sanchez. l. c. n. 26. licere, si res subrogata sit minor, si major, si æqualis, (quamvis, si sit major, neget Suarez lib. 6. de voto cap. 2. d. n. 4.) idque quoties votens, volet. Ratio est, quia tamen ex benigno, & interpretativo consensu benignissimi Dei, qui est creditor Voti, & ut Fideles ad votendum alliciantur, præsumimus hanc libertatem nobis Deum concessisse. Hinc etiam sequitur (inquit Lessius lib. 2. c. 5. dub. 16. in fin. n. 11 in 2. editione) si sæpius facta sit commutatio, possit servari quidvis illorum, in qua facta fuit, v. c. 9. votum peregrinationi, annua commutatum est in mensuatam confessionem, mensua confessio in jejunium hebdomadæ, jejunium hebdomadæ in certas preces quotidianas; potest votens satisfacere voto, vel prece, vel jejunio, vel confessione, vel peregrinatione hæc c. Lessio.

5. Hactenus dictum est de Commutatione impetrata à legitima jurisdictione; nunc de eadem dicamus, quando fuit facta propria auctoritate votantis.

Si commutasti votum tuum in majus, vel æquale, & hoc implesti, non teneris amplius redire ad prius votum; quia jam satisfactum est Deo, ut ex se patet. Ita Ludov. à Cruce. in exp. Bull. Cruc. d. 1. c. 6. dub. 16. n. 2. Si commutasti in minus, & hoc item implesti, teneris supplere, quod deficit, vel si id nolis, poteris reassumere prius votum. Quod si rem propria auctoritate subrogatam, v. g. jejunium subrogatum Rosario non implesti, distinguendum erit. Si enim res subrogata fuit, vel major, vel æqualis potes, quod tibi libuerit, exhibere: v. g. in dicto exemplo, potes, vel Rosarium recitare, vel jejunare. At si res subrogata minor fuit, tunc vel addendum aliquid, quo pertingatur ad æquale, seu majus, vel prius votum erit assumendum: patet hæc ex dictis.

6. Denique, si materiam subrogatam, v. g. jejunium exhibere non potes, potes autem prius votum v. g. in dicto casu Rosarium, certè obligaris redire ad Rosarium, hoc est, ad prius votum, si ad majus, si ad minus, si ad æquale fuerit facta à te commutatio. Colligitur ex cod. Lud. à Cruce, l. c. Ratio est, quia per commutationem propria auctoritate exhibitam, non transfertur vinculum ad rem subrogatam, sed solum per æquipollens satisfactum benignissimo Domino. Cum igitur ipsi satisfieri per materiam subrogatam, quæ tibi impossibilis, vel inutilis est reddita, jam non posse supponas, consequenter sequitur urgere vinculum voti, quod à suo robore per tuam commutationem nunquam cadit, quod tamen cecidisset, si per legitimam jurisdictionem concessa fuisset commutatio, ut *num.* 1. didicisti.

An peccet contra Votum, qui neglecto Voto commutato, negligit & materiam subrogatam? Dixi *supra*, c. 7. §. 5. num. 1.

CAPUT XVII.

Consilium de quadam Voti Commutatione.

1. Interrogatus, dum hæc scriberem, de cujusdam voti, Iac Iuramenti Commutatione, aliqua dedi, quæ non parum erunt accommodata, ut magis, magisque confirmantur, lucetque majorem nonnulla hæcenus allata concipiant, nam propterea labori eadem exscribendi, in Lectorem gratiam, hic non parcam.

§. I. Proponitur status Questionis.

1. Pater Bernardinus à S. Stephano, antequam suam, apud Minores de observantia professionem emitteret, legavit uncias centum monetæ Siculæ, id est, seu ducenta